



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

X. Peccata Mortalia Militiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

314 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*  
aut alio casu repentino præsentancam sanguinis emissionem  
req̄uirent: me immodestum ostendi, dum foemini reme-  
dia adhiberem, unde grauiter læsi castitatem: Chirurgi munus  
ausus sum exercere nec examinatus, immo ignorans, haud ma-  
gna necessitate: pupillum arti ediscendæ deputatum pretio  
exhibitō, non edocui, potius aliis ministeriis tanquam merci-  
familios addixi contra artificum usum: aliam, quam impera-  
tus sum, venam scidi, dum grauiter obesse curationi scirem,  
aut timarem: publicè diebus festis aperto ostio, & non oc-  
culte, ex necessitate aut usu, barbam rasū, aut aliud seruile  
præstigi, seu geri imperauit toties.

## C A P V T X.

### *De Peccatis Militia.*

§. I. 38. *Vtis crima grauiarecense.* Militum mortuorum,  
*Ducis* aut fugitiorum stipendum mihi applicui: pro  
*praxis.* mercede effeci, ut milites uno in populo non diuersarentur,  
onere illo alteri iniustè imposito: duplicatum, triplicatum  
que hospitium vni militi adscripti: ut ille vna domo receptus  
reliqua hospitia pretio redimeret, quod ab ipsis recederet:  
iniustè ciuitatem, seu populum quemlibet militibus dedi  
spoliandum: furta, aliasve militum iniustas actiones dissimulaui:  
plusquam duos famulos habui; qui regali mercede  
degerent: Chirurgi, cum non adestet, aut Capellani absens  
stipendia accepi toties.

§. 2. 39. *Quid de militum delictis?* Dans nomen signo, ut mer-  
*Militia.* cedem quotidie acciperem, accidente pugnandi occasione,  
fugi: hospitantibus iniuram intuli, eos expilando, conju-  
gem aut filias ad turpia alliciendo, aut exigendo: a blasphem-  
ia graui, & periuio non abstinui: a ludis prohibitis non  
recessi: permisso peruersè exercui, graui sociorum iniuria:  
duplicem hospitio domum accepi, ut iniquo quæstui darem  
operam: bello iniusto operam nauauit: mecum veritus non  
sum asportare metetrices toties.

C A P .

C A P V T X I.

De Peccatis Mortalibus Agricola.

40. Q<sup>uoniam</sup>modo grauiter delinquit *Agricola*? Dies festos §. 1.  
non custodiui, haud urgente necessitate: cū adesset *Agricola*  
grauis necessitas mala fide ex ignorantia laborauit: non ieiun- <sup>praxis</sup>  
nau quando Ecclesia imperauit, falsò mihi persuadens, ad  
ieiunium tenerii, etiam si eodem die operi incumberem: con-  
firmationis Sacramentum contempsi: non solui Decimas:  
Parocho graui in re non obtemperauit: ligna, aut manipulos  
messis, in graui materia surriupi: sine auctoritate animan-  
tia gregis alieni necaui, grauiter percutiendo, oborto pro-  
ximi incommodo: fundi alieni macetiem commisus, unde  
fructus graue acciperent nocumentum: fundum proprium  
propagauit communium bonorum iniuria, aut alienum  
conduclum destruendo: pecora messibus alienis addixi, ex  
grauis incommodi cognitione: ob temporum incommo-  
da, aut in blasphemiam, aut in stulta verba in elementa Dei  
opera prorupi: maledictis affeci pecora, reputans falsò sem-  
per me lethaliter delinquere: falsum testimonium contra  
proximum in materia graui protuli, sive simplici verbo,  
sive addito periurio: alios ex inuidiæ, aut vindictæ affectu  
iniuste accusauit, unde præter irrogatam iniuriam, necef-  
sum fuit accusato sumptus impendere: superstitionibus ope-  
ram dedi: non impleui labore meo mercedis quantitatem,  
graui proximi damno: iustas gabellas, ac tributa non solui  
toties.

41. Quid si *Agricola* lacui traxit, ubi vna exprimuntur? §. 2.  
Sine utilitate aquam multo admiscui: mustum deterius, seu <sup>Lacus</sup>  
aqua admistum, quod ex reliquis vnuarum agricolæ famulis <sup>vnuarum</sup>  
allolet elici, multo bono addixi, vt vtrumque vti bonum <sup>præpositi</sup>.  
æquali pretio venderem graui equidem damno empori ob-  
orto: cum emptorem vino bono potasse, vt eligeret, postea  
deteriori admisceri curauit, & quæstum iniustum comparan-  
dum: mustum acidum, aut debile condimento lædenti præ-  
parauit in ementis iniuriam, cui post breue temporis inter-  
stitium merces periit, toties.

42. Ise agorū custodibus quid adiendum? Muneris mei §. 3.  
obligationem communī incommodo nesciui: iuramentum <sup>Custodis</sup>  
de munere fideliter exequendo violauit: vi pecuniam agrico- <sup>agrorū</sup>  
lariū, venatorum, aliorūmve sine iudicis auctoritate exegi:  
accepi